

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Religio e

Augustinus in epistola scribens
ad Donatistam Vincencium sic ait:

‘Michi arrogare non audeo, ut domus mea melior sit quam
archa Noe, ubi tamen inter tot homines unus reprobus
inventus est; aut melior sit quam domus Abrahe, cui dictum
est: “Eice ancillam et filium eius”; aut melior sit
quam domus Isaac, cui de duabus geminis dictum est:
“Jacob dilexi, Esau autem odio habui.”’

Michi arrogare non audeo ut domus mea melior sit quam
archa Noe ubi tamen inter tot homines unus reprobus
inventus est; aut melior sit quam domus Abrahe cui dictum
est: Eice ancillam et filium eius; aut melior sit
quam domus Ysaac cui de duobus geminis dictum est:
Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

quantum libet enim uigilet disciplina domus meae,
homo sum et inter homines uiuo
nec mihi adrogare audeo, ut domus mea melior sit quam
archa Noe, ubi tamen inter octo homines reprobus unus
inventus est; aut melior sit quam domus Abrahae, ubi dictum
est: Eice ancillam et filium eius (Gen. 21:10); aut melior sit
quam domus Isaac, cuius de duobus geminis dictum est:
Iacob dilexi, Esau odio habui (Mal. 1:2)....

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 78.8 (CSEL 34, A.
Goldbacher ed., pp.343-4, ll.13-19, 1).

‘Simpliciter autem fateor.

Ex quo Deo servire cepi, quomodo sicut difficile sum expertus
meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non
sum peiores expertus quam qui in monasteriis defecerunt.’
Hec ille.

Scotichronicon, 6.54 (Watt ed., vol.3, p.426, ll.14-23).

Simpliciter autem fateor

ex quo Deo seruire cepi quomodo sicut difficile sum expertus
meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ita non
sum peiores expertus quam qui in monasterio defecerunt.

Augustinus in epistola ad Vincencium donatistam.

Manipulus florum, Religio e

Simpliciter fateor

caritati uestrae coram domino deo nostro,
qui testis est super animam meam,
ex quo deo seruire coepi: quo modo difficile sum expertus
meliores, quam qui in monasteriis profecerunt, ita non
sum expertus peiores, quam qui in monasteriis ceciderunt,
ita ut hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum:
Iustus iustior fiat et sordidus sordescat adhuc.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 78.9 (CSEL 34, A.
Goldbacher ed., pp.344-5, ll.14-17, 1-3).